

credimus, Plinius. Vnde Brontiam quoque, alio nomine Chelonitin vocari posse apparet. Ego testudinei capitis similitudinem in nullo adhuc lapide animaduerti: Batrachitæ verò dicti minores nostri, cum rotundi ferè & caui sint, globi dimidiati instar, specie sua connexa chelonium, hoc est, operimentum seu testam testudinis potius, quàm caput eius referunt. At si testudinis nomine structurā cameralam accipias, & in ea caput appelles medium summum & velutim modiolum, quem Aristoteles in libro de mundo ad Alexandrum, umbilicum appellat, pulchrè sanè videtur quadrare similitudo: et si lineæ quinque in Ombria à medio procedat: in strutura, quaternæ, &c. Græcè verò Cheonitidas, diuersos lapides, à testudinum animalium tegumenti figura sic nominabimus.

Li *